



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

26. Ferdinandvs è Societate Iesv Sacerdos in naufragio potuit quidem apprehensam tabulam mulieri prægnanti concedere, non tamen debuit id facere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

Selectorum Casuum Conscientiae: 49  
in officio de Resurrectione, ut testè ipse ad-  
vertit Dian. P. 7. Tr. II. Resol. 7.

XXVI. Ferdinandus è Societate IESV Sacer-  
dos ante annos non multos in Danubio cum pluri-  
bus alijs naufragium passus acquirit tabulam, quā  
salvare se poscit. Sed quia mulier prægnans in eo-  
dem naufragio cum prole vteri sui certò perieura  
opē huius inclamat, concedit ei tabulā spem aliquā  
adhuc evadendi concipiens, quā tabulā vsa mulier  
ēncolumis evadit, ipse submergitur. Quæritur.  
Vtrum Ferdinandus cum certo vitæ sua periculo  
potuerit, & debuerit mulieri succurrere, ve cum  
prole sua salvaretur?

Videtur potuisse, ac debuisse. Ita Sylvest.  
Ledesma, Granad. Lay. L. 2. Tr. 3. c. 3. n. 3. Pa-  
lao Tr. 6. D. 1. p. 9. num. 2. &c plerique alij.  
Quia vita spiritualis prolis aliàs sine baptismo  
morituræ pluris facienda est, quam vita cor-  
poralis propria.

Resp. I. Ferdinandum non debuisse suc-  
currere mulieri prægnanti in certo periculo  
constitutæ cum aperto vitæ suæ periculo. Ita  
Emanuel Sa V. Charitas. n. 4. Ioan. Sancius  
in select. D. 10. n. 9. & alij apud Dian. P. 5. Tr.  
3. Resol. 16. Ratio est, Tum quia proles fortè  
iam mortua est, aut aliàs ad Baptismum non  
perveniet. Tum quia posito etiam, prolem  
superato hoc periculo certò vieturam & ba-  
ptizandam, non tenetur Ferdinandus cum vi-  
ta suæ periculo succurrere; alioqui & mater

D

gravida

gravida teneretur permettere se secari, ut fœtus baptizaretur, alias sine baptismō moritūrus, quod, inquit Sa, nemo afferet. Resp. II. Ferdinandum amore virtutis motum potuisse concedere tabulam fœminæ, seseque periculo committere. Ita communis Theolog. Tū quia qui negligit dāmnum propter amicū, iustus est. Prou. 12. Tum quia se periculo expone-re, non est intrinsecè malum. Ergo defendi-tur & purgatur ab omni malitiâ, si hīc & nunc prudenter ob bonum altioris ordinis & valde magnum assumatur.

Ad rationem in contrarium dicimus, plus illam non probare, quām teneri nos ob propriam vitam conseruandam dānum spirituale proximo non inferre: non verò illud impedire, nisi pactum seu conventio intercedat, vt rectè Sancius loc. cit.

XXVII. Firmatus Parochus vi beneficij sui curati tenetur ter singulis hebdomadibus celebrare in Parochiâ, quod & facit, sed quia nullā lege vel consuetudine præscribitur intentio certa, accipit pro ijsdem Missis dicendis stipendium ab alijs, ijsque sacrificij fructum applicat, non verò suis ouibus. Quæritur. An licet hoc faciat?

Videtur, quod non. Ita Sotus in 4. Dist. 13. q. 2. art. 2. Gavant. ad Rubricas missal. Tom. 1. p. 3. tit. 12. n. 5. Barbos de officio Paroch. cap. 12. num. 11. & alij. Tum quia Trident. sess. 25. de Reform. cap. 1. definit, Parochum præcepto diuino,